

ingerere in matutinis post ‚Venite‘ in prima, in vesperis et completoriis post primum psalmum et in missa cum inceptum fuerit ‚Kirieleison‘, item infra epistolam et evangelium et post ‚Sanctus‘ quousque cantetur ‚Per omnia secula seculorum‘ nullus debet intrare vel exire nec se de loco movere, sed immobiliter stare, quousque ista perficiantur; potest tamen aliquis intrare et ire retro altare et sacristiam si necesse sit et exire, qui fuit circa vel retro altare istis temporibus. Item tempore divinorum seu celebrationis nullus omnino debet per ostia dominorum praepositi et decani intrare seu exire istis duobus praelatis exceptis. Item transiendo ad pulpitem ad legendum vel cantandum etiam in processione istos duos praelatos quilibet cuiuscunque status fuerit ipsis debet inclinare, quotiens ipsos transierit. Item quilibet debet se inclinare tempore divinorum, quotiescunque introierit et exierit chorum, similiter quotiescunque ‚Gloria patri‘ et infra ‚Te deum laudamus‘ per singulos dies cantatur, item in reinceptione introitus missae; item in ‚Gloria in excelsis‘ bis, videlicet ‚Adoramus te‘ et ‚Suscipe deprecationem nostram‘. Item in symbolo bis, videlicet ‚Et homo factus est‘ et ‚Simul adoratur‘, item in hymnis ad horas in ultimis versibus. Item in festivitibus cum duo in matutinis versum cantant, finito versu ad orientem et occidentem inclinare debent. Item volens legere lectionem debet inclinare cum ad pulpitem veniret ad orientem et occidentem ante inceptionem et lectione finita modo praedicto. Item thurificantes in vesperis et missa ascendendo et descendendo debent inclinare. Item infra pulsum primae et post longam campanam nullus debet intrare monasterium sine superpellicio. Item incipiens antiphonam stare debet quousque primus versus psalmi finiatur. Item nullus scholarium sedere debet in scamnis chori, rectori vero scholarium et aliis hypodidasculis conceditur. Item sunt certa tempora standi et sedendi et modi diversi circa dominos et scolares, et tam illi quam isti concorditer et uniformiter facere debent, quod incumbit cuilibet in suo statu; aut simul stare debent vel sedere et uno modo aliquando se vertere debent ad orientem, ut in horarum inceptione et infra ‚Venite‘ et post quemlibet nocturnum cum dicitur versiculus et ‚Pater noster‘ infra benedictionem, infra capitulum et collectam et sic in omnibus horis. Item infra missam, infra collecta, infra evangelium, cum ante altare legitur et statim post offertorium usque ad ‚Agnus dei‘ et post communionem usque ad finem missae, item in matutinis alternatim se chori inspiciant, ut infra ‚Te deum laudamus‘ et ‚Benedictus‘, item in missa infra ‚Kirieleison‘ et ‚Gloria in excelsis, Credo, Sanctus, Agnus dei‘, in vesperis infra psalmos hymnum et ‚Nunc dimittis‘.

Nach dem Statutenbuche fol. 22—24. (Vgl. No. 1309.)

No. 1392—95. 1529. 1530.

Der Rath zu Nürnberg quittirt Mittwochs d. 11. Aug. 1529 über vom B. Johann eingezahlte 405 Gulden Münze als seinen antheiligen Beitrag zu den Mannschaften zu Fuss und 4000 zu Ross, welche vormals zum Römerzug, jetzt zu einer eilenden Hilfe wider die Türken bewilligt worden; Mont. d. 20. Sept. der Rath zu Frankfurt über 22½ Goldgulden für das erste Ziel zum halben Theile des letzten Speier'schen Anschlags zu Unterhaltung des Reichsregiments und Kammergerichts; derselbe Dienst. d. 5. Apr. 1530 über 22½ Gulden, welche B. Johann zur Fastenmesse, Mont. d. 12. Sept. über 22½ Gulden in Joachimsthalern, welche derselbe zur Herbstmesse zu Unterhaltung des Reichsregiments und Kammergerichts zu zahlen schuldig war.

Vier Orig. mit den Siegeln im K. Haupt-Staatsarchiv.